

heredibus, perpetuo possidenda iudicamus sentencialiter in hiis scriptis, Datum salastum Anno dominj millesimo. CCC. Nono quarta feria post quasi modo geniti.

De ur brefvet klippta remsorna, hvarpå sigillen hängt, äro bortrifna.

1618.

1309 d. 13 Apr.

Wi.

Biskopen i Linköping CARLS förordnande för Kettillvast på den vicaria, som Fru Helena, Johan Ingessons enka, inrättat i Linköping.

B. 3: 113.

Omnibus presentes litteras inspecturis KAROLUS dei gracia episcopus lyncopensis salutem in domino sempiternam Quia nobilis matrona Helena Relicta Johannis Ingæson ex consensu et beneuolencia sororis sue cristine de bonis suis vtalensi et frøswi sitis cum omnibus eorum adiacenciis videlicet agris pratis siluis colonis molendinis et piscariis quandam fecerat et ordinauerat in ecclesia nostra lincopensi perpetuam vicariam ipsam honorans qualibet septimana vna missa ad quam optinendam discretum virum dominum kætluastum presentauerat prout prouidi virj dominj .W. prepositus kanutus Bero ac alij canonicj nostrj, de hoc qui ore suo in capitulo coram eis ad hoc specialiter intrante audierat nobis retulerunt Nos memoratum dominum kætluastum, ad uoluntatem predictæ matrone in bonis supradictis instituimus et corporalem eidem possessionem committimus per presentes In cuius institutionis euidenciam sigillum nostrum presentibus est appensum Datum wý Anno dominj M<sup>o</sup> CCC<sup>o</sup> IX<sup>o</sup> yidibus aprilis.

1619.

Odat.

INGEBORG OLAVA och HELENA TUNES DÖTTRARS bref på några gods till Skara domprosteri, i ersättning för några andra, hvilka deras broder Domprosten Bengt olagligen förskingrat.

A. 3. z.

Omnibus presens scriptum cernentibus, JNGIBYRGHIS, OLAVA et HELENA TUNÆDØTER, salutem in domino sempiternam, Quia dilectus frater noster dominus benedictus condam prepositus scarensis duas colonias in vlleruj et coloniam prestrýð in moæ hæreth, et terciam partem prediorum in touæthorp, ac predia in lutrum ad preposituram pertinencia, partim per vendicionem, partim per commutationem, et partim eciam per donacionem, alienauit, sicut intelleximus minus iuste, Nos indempnitatj ecclesie consulere cupientes, pro recompensacione omnium predictorum, domino magistro benedicto nunc preposito searensi et prepositure refundimus et assignamus nomine nostro et

heredum nostrorum, colonias infrascriptas, videlicet haslistaðær, bilistaðær norðby. sitas in thorsø, et duas colonias in asenom in parochia biærghsætrum, ac partem prediorum ad nos pertinencium in louene cum agro in karlæby quem possedit gæsi cum omnibus pertinencijs dictarum coloniarum intra sepes et extra, hac condicione adiecta, quod dictus dominus .B. prepositus, satisfaciet haquino ælisiuæson pro predijs in barknu que ipse a dicto haquino reuocauit, Hoc eciam cauto, quod sepedictus prepositus alienaciones quascunque per dictum fratrem nostrum factas, nullatinus reuocabit, In premissorum igitur testimonium et euidenciam plenioram, sigilla nostra presentibus sunt appensa.

*På frânsidan.* composicio facta inter magistrum benedictum johannis et sorores benedicti tunæson.  
Alla 3 sigillen bortfallna; remsorna qvar.

1620.

1309 d. 22 April.

Leckö.

Biskopen i Skara BRYNOLFS intyg, att nuvarande Domprosten Bengt gjort en vänlig öfverenskommelse med förre Domprosten Bengt Tunessons systrar Ingeborg, Olava och Helena om de gods bemålde deras broder från Domprosteriet förskingrat.

A. 3. z.

Omnibus presens scriptum cernentibus, BRYNNULPHUS dei gracia scarensis Episcopus, salutem in domino sempiternam, Notum facimus vniuersis, quod magister benedictus prepositus scarensis in presencia nostra constitutus, Recognouit et pupplice fatebatur se fecisse cum nobilibus dominabus jngi-byrghe, olaua et helena sororibus dominj benedicti tunæ son prepositi condam scarensis super permutacionibus et donacionibus prediorum prepositure scarensi pertinencium, per ipsum dominum .B. fratrem ipsarum sine nostro scitu et assensu factis, compositionem amicabilem per hunc modum, videlicet, quod dictus magister .B. nomine prepositure, et singuli sui successores debent habere jure perpetuo colonias, a quocunque et qualitercunque emptas vel conquisitas, que sequuntur, videlicet hælistadær, bilistaðær, norðby, et duas colonias in asenom in parochia biærghsætrum, et coloniam in louene cum agro, quem dictus dominus .B. tunæ son prepositus, in karlæby emit de gaasæ, nec non et coloniam in cliðruboðom cum omnibus pertinencijs coloniarum predictarum, intra sepes et extra, hac condicione scilicet, quod idem magister .B. et singuli sui successores, ratas et gratas habere debent in perpetuum, permutaciones, donaciones, seu alienaciones quascunque prediorum, per dictum dominum .B. prepositum predecessorem suum factas, in vlleruj et prestryð vel alijs locis quibuscunque, Renunciauit insuper memoratus Magister .B. nunc prepositus, nomine suo et successorum suorum, omnj juri, quod sibi compecijt in predijs, touæthorpe, agrydæthorpe, et lu-